

INJUSTITIA  
BELLIAUSTRIACI  
CONTRA  
CATHOLICUM HISPANIARUM REGEM  
PHILIPPUM V.  
GLISCENTIS.  
SYNTAGMA  
THEOLOGICO-JURIDICUM  
A F R A B E N E D I C T O  
D E N O R I E G A

Ordinis Minorum Reg. Observant. quondam apud Salmanticenses sui instituti Sac. Theologie Primario Antecesore, & Studiorum Prefecto, nunc in Regno Neapolis Episcopo Acerrarum, Regioque Consiliario, concinnatum, & editum.

*Eidem potentissimo Hispaniarum*

CATHOLICO MONARCHÆ  
D I C A T U M .



NEAPOLI M. DCCV.

Ex nova Typographia Michaëlis Aloysii Mutio.

*Superiorum Licentia.*

# PHILIPPO V.

## Hispaniarum Regi Catholico.

Fr. Benedictus de Noriega Episcopus Acerrarum:  
P. F.



Ereter, & quidem meritò, nè  
scommatibus, & sibilis in, &  
extra aulam exciperet, si tan-  
tillus cum sim, hoc Syntagma  
ad tantum Monarcham, qualis  
est PHILIPPUS V. dirigere au-  
derem. Quodnam hoc vel mu-  
nus, vel obsequium, ut ejus obtentu potentissi-  
mi Regis sacras ædes penetrarem? Sed quid re-  
fert, si non mittam? Illud sua sponte, vel pon-  
dere suo (Catholice, & Invictissime Rex) ad pe-  
des Majestatis tuæ ambitiosè descendit, sub qui-  
bus præsidium querit, & obtentum ire præstola-  
tur. Injustitiam belli, quod Augustissimus Cæsar  
adversus tuam in vastissima Hispaniarum Monar-



## PROLOQUIUM.



I unquam , vel usquam injustum bellum excitatum est, pr̄sertim inter Christianos Principes, qui non ex efræni imperandi libidine , sed ex inevitabili, & quodammodo fatali bellandi necessitate classicum ciere solent; illud potissimum censi debet , quod Catholico Hispaniarum Regi Philippo V. intulit Augustiss. Romanorum Imperator electus Leopoldus Austriacus . Id dum mecum ipse attentè considero , ab ripior admiratione . Sed quis non miretur, Cæsarem probatæ māsuetudinis virum, exploratæ moderationis Herōem , qui nonnisi ad propulsandas injurias gladium distringere didicit : qui , ne armistitium violaret ; nisi lacesitus , nisi provocatus , etiam contra Crucis hostes , ensem renuit evaginare ; ex abrupto velle e Throno deturbare , dejicere Philippum , jure Sanguinis, vigore Testamenti, Regnorum votis ad Sceptrum invitatum , electum , tractum , & successiva-

A

Po-